




Flandra, Brabantia et Holanda Nuova

<https://hdl.handle.net/1874/430391>

FLANDRA, BRABANTIA, ET HOLANDA NOOVA



Blonk
Div-7

*BELGICÆ GALLIÆ, SIV E
Flandriæ, Brabantie, & Hollandie,
nova Tabula.*

Sexta additarum & 10, in ordine.



Continet hæc tabula Brabantiã, quæ terminatur ab oriente Mo-
sa fluuio, ab occidente Scaldæ fluuio, & Hannonia: à septen-
trione Hollandia, à Meridie autem comitatu Namurci. Inter
Rhenum, & Mosam cõprehenduntur ducatus Cleuensis, du-
catus Geldriæ, ducatus Iuliacensis, & ducatus Limpurgensis.
Flandria terminatur ab oriente Scaldæ fluuio, ab occidente,
& septentrione Oceano, & Zelandijs insulis: à meridie Picardia. Ciuitates insi-
gnes huius regionis sunt Antuerpia, Bruxelles, Louanium, Breda, Mechlinia. Ho-
landia autem tota paludosa existit. Ciuitates eius insignes sunt Traiectũ, Horn,
Amsterdam, quam Mare circum: in hac multæ extant naues, quibus in septentrio-
nali nauigatur mare siue Gotiæ, Noruegiæ, Scolandiæ, & reliquarum partium
Septentrionalium populis illarum importando merces, aliæque illis necessaria.
ibiq; naues onerantur piscibus, quorum ibi maxima uẽditur copia. qui omnibus
ferè Europæ partib. uenales mittuntur. Antuerpia, quæ Anuersa nunc, Emporiũ
est celeberrimum. ab omnibus ferè mundi partibus ibi migrant mercatores tam
emendi quam uendendi causa. Maior ferè huius regionis pars, regi hispaniæ, nunc
Philippo austriæ, subdita est.